

- ¶. Mitte eis Domine auxilium de sancto.  
¶. Et de Sion tuere eos.  
¶. Domine exaudi orationem meam.  
¶. Et clamor meus ad te veniat.

*In die primo Orationis dicitur.*

- ¶. Dominus vobiscum.  
¶. Et cum spiritu tuo.

*In die repositionis, cantato Domine exaudi orationem meam, &c. incensatur Sacramentum, & fit Processio intra Ecclesiam, qua finita, & posito Sacramento super Altare, cantatur Tantum ergo, &c. & Genitori, &c. Deinde duo Cantores ¶. Panem de cœlo, &c. Tempor. Paschal. Alleluia  
¶. Omne delectamentum, &c. Temp. Pasch. Alleluia.*

*Oremus.*

**D**eūs, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passio-  
nis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus,  
ita nos Corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria venera-  
ri: ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentia-  
mus.

*Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini.*

**D**eūs, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum  
tuum Angelo nuntiante, carnem suscipere volu-  
isti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam genitricem  
Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur.

*A Nativitate usque ad Purificationem.*

**D**eus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitatem secunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere lentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Eilium tuum.

*A Purificatione usque ad Adventum Domini.*

**C**oncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitatem gaudere: & gloria beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

**O**mnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ; ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

**D**eus refugium nostrum, & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.

**O**mnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, omnium jura Regnum, respice in auxilium Christianorum, ut gentes Turcarum, & Hæreticorum, quæ in sua feritate, & fraude fidant, dexteræ tuæ potentia conterantur.

Omnipotens

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul, & mortuorum, omniumque misericordis, quos tuos fidei, & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque, vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuae clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

*Duo Cantores dicunt:*

**V.** Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus.

*Chorus respondet:*

**R.** Et custodiat nos semper. Amen.


**H Y M N I, P S A L M I, A N T I P H O N Æ,**  
Versiculi, & Orationes ad Processionem Divinissimi Sacramenti, & ad alias quaslibet Processiones, quæ fieri solent in aliquibus Ecclesiis, vel offerentur facere pro aliqua causa, secundum quod præscribitur in Cærimoniali Provinciæ.

*Hymnus.*

**P**




An ge lingua glo ri o- si Cor-  
poris.



po ris mysteri um, Sanguinisque pre ti o si,



Quem in mundi pre ti um Fructus ventris ge-



ne ro si, Rex ef fu dit gen ti um.




Nobis da tus, no bis na tus Ex in ta-




cta Virgi ne, Et in mun do converfa tus,



Spar so verbi se mine, Su i moras in co-



latus



la- tus Mi ro clausit or di ne-

In supremæ nocte cœnæ  
Recumbens cum fratribus,  
Observata lege plene  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodenæ  
Se dat suis manibus.

**Verbum caro**, panem  
verum

**Verbo carnem efficit:**  
fitque sanguis Christi merū  
Et si sensus deficit:  
Ad firmandum cor sincerū  
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramé-  
tum

Veneremur cernui :  
Et antiquum documentum  
Novo cedat ritui :  
Præstet fides supplementū  
Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque  
Laus, & jubilatio,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit & benedictio :  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio. Amen.

*Hymnus.*

**S**acris solemni is juncta sint gaudi a,



Et ex præcordi is Sonent præco ni a, Re-  
cedant

cedant ve te ra , no va sint omni- a, Corda,  
vo ces , & o pe ra.

Noctis recolitur coena novissima ;  
Qua Christus creditur agnum & azyma  
Dedisse fratribus , juxta legitima  
Priscis indulta patribus.

Post agnum typicum , expletis epulis ,  
Corpus Dominicum, datum discipulis ,  
Sic totum omnibus , quod totum singulis ,  
Ejus fatemur manibus.

Dedit fragilibus Corporis ferculum ,  
Dedit & tristibus sanguinis poculum ,  
Dicens , accipite quod trado vasculum ,  
Omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit ,  
Cujus officium committi voluit  
Solis Presbyteris , quibus sic congruit ,  
Ut sumant , & dent cæteris.

Panis Angelicus fit panis hominum ;  
Dat panis cœlicus figuris terminum :  
O res mirabilis , manducat Dominum  
Pauper , servus , & humilis.

Te trina Deitas , unaque poscimus ,  
 Sic nos tu visita , sicut te colimus :  
 Per tuas semitas duc nos quò tendimus  
 Ad lucem , quam inhabitas. Amen.

*Hymnus.***V**

Er bum supernum prodi ens , Nec Pa-



tris linquens dexteram, Ad o pus su um ex-



i ens , Ve nit ad vi tæ vel pe ram.

In mortem à discipulo  
 Suis tradendus æmulis ,  
 Prius in vitæ ferculo  
 Se tradidit discipulis.

Quibus sub bina specie  
 Carnem dedit & Sanguinē,  
 Ut duplicitis substantiæ  
 Totum cibaret hominem.

Se nascens dedit socium ,  
 Convalescens in edulium ,

Se moriens in pretium ,  
 Se regnans dat in præmium  
 O salutaris Hostia ,  
 Quæ cœli pandis estium !

Bella premunt hostilia ,  
 Da robur, fer auxilium.

Uni, trinoque Domino  
 Sit sempiterna gloria :  
 Qui vitam sine termino  
 Nobis donet in patria. Amé.

N

*Psalmus*

*Psalmus 109.*

**D**Ixit Dominus Domino meo: \* Sede à dextris meis.  
Donec ponam inimicos tuos : \* scabellum pedum  
tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: \* do-  
minare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendori-  
bus Sanctorum : \* ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non pœnitabit eum: \* Tu es Sa-  
cerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis : \* confregit in die iræ suæ re-  
ges.

Judicabit in nationibus , implebit ruinas: \* conqua-  
sabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : \* propterea exaltabit caput.

*Psalm. 110.*

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: \* in con-  
silio justorum , & congregatione.

Magna opera Domini : \* exquisita in omnes volunta-  
tes ejus.

Confessio , & magnificentia opus ejus: \* & justitia  
ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilem suorum , misericors &  
miserator Dominus: \* escam dedit timentibus se.

Memor

Memor erit in sæculum testamenti sui: \* virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

Ut det illis hereditatem Gentium: \* opera manuum ejus veritas, & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in sæculum sæculi, \* facta in veritate & æquitate.

Redemptionem misit populo suo: \* mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, & terribile nomen ejus: \* initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: \* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

*Psalmus III.*

**B**EATUS vir, qui timet Dominum: \* in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: \* generatio rectorum benedicetur.

Gloria & divitiae in domo ejus: \* & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: \* misericors & miserator, & justus.

Jucundus homo qui miseretur & comodat, disponet sermones suos in judicio: \* quia in æternum non cōmovebitur.

In memoria æterna erit justus: \* ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum

N*on* ij

c*onf*irmat

est cor ejus: \* non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi, \* cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis tremet, & tabescet: \* desiderium peccatorum peribit.

*Psalmus 115.*

**C**redidi, propter quod locutus sum: \* ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: \* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, \* pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: \* & nomen Domini invoco.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: \* pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorū ejus.

O Domine, quia ego servus tuus: \* ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: \* tibi sacrificabo hostiam laudis; & nomen Domini invoco.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: \* in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

*Psalmus 127.*

**B**eatū omnes, qui timent Dominum, \* qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis: \* beatus es, & benè tibi erit.

Uxor

**Uxor tua sicut vitis abundans ,\*** in lateribus domus tuæ.

**Filii tui sicut nove'æ olivarum ,\*** in circuitu mensæ tuæ.

**Ecce sic benedicetur homo ,\*** qui timet Dominum.

**Benedicat tibi Dominus ex sion : \*** & videoas bona Je-  
rusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

**Et videoas filios filiorum tuorum ,\*** pacem super Israel.

*Psalmus 112.*

**L**AUDATE pueri Dominum : \* laudate nomen Dñi.

**S**it nomen Domini benedictum , \* ex hoc nunc , &  
ulque in sæculum.

**A**soliis ortu usque ad occasum , \* laudabile nomen Dñi.

**E**xcelsus super omnes gentes Dominus , \* & super cœ-  
los gloria ejus.

**Q**uis sicut Dominus Deus noster , qui in altis habi-  
tat , \* & humilia respicit in cœlo & in terra.

**S**uscitans à terra inopem , \* & de stercore erigens pau-  
perem.

**U**t collocet eum cum principibus , \* cum principibus  
populi sui.

**Q**ui habitare facit sterilem in domo , \* matrem filio-  
rum lætantem.

*Psalmus 121.*

**L**Ætatus sum in his , quæ dicta sunt mihi : \* in do-  
mum Domini ibimus.

Stantes



Stantes erant pedes nostri , \* in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem , quæ ædificatur ut civitas : \* cuius participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus , tribus Domini : \* testimonium Israel , ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio , \* sedes super dominum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem : \* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua : \* & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos , & proximos meos , \* loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri , \* quæsivi bona tibi.

*Psalmus 126.*

**N**isi Dominus ædificaverit domum , \* in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem , \* frustrè vigiliat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere : \* surgite postquam sederitis , qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis suis somnum : \* ecce hæreditas Domini , filii merces , fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis , \* ita filii excusorum.

Beatus vir , qui implevit desiderium suum ex ipsis : \* non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.

*Psalmus*

*Psalmus 147.*

**L**AUDA JERUSALEM DOMINUM : \* LAUDA DEUM TUUM  
SION.

QUONIAM CONFORTAVIT SERAS PORTARUM TUARUM : \* BE-  
NEDIXIT FILIIS TUIS IN TE.

QUI POSUIT FINES TUOS PACEM , \* & ADIPÉ FRUMENTI SA-  
TIAT TE.

QUI EMITTIT ELOQUIUM SUUM TERRÆ : \* VELOCITER CURRIT  
SERMO EJUS.

QUI DAT NIVEM SICUT LANAM: \* NEBULAM SICUT CINEREM  
SPARGIT.

MITTIT CRYSTALLUM SUAM SICUT BUCELLAS : \* ANTE FACIEM  
FRIGORIS EJUS QUIS SUSTINEBIT?

EMITTERE VERBUM SUUM , & LIQUEFACIET EA : \* FLABIT SPI-  
RITUS EJUS , & FLUENT AQUÆ.

QUI ANNUNTIAT VERBUM SUUM JACOB : \* JUSTITIAS & JUDI-  
CIA SUA ISRAEL.

NON FECIT TALITER OMNI NATIONI : \* & JUDICIA SUA NON  
MANIFESTAVIT EIS.

*Canticum B. Mariae Virginis.*

**M**AGNIFICAT : \* ANIMA MEA DOMINUM.

ET EXULTAVIT SPIRITUS MEUS,\* IN DEO SALUTARI MEO.

QUIA RESPEXIT HUMILITATEM ANCILLÆ SUÆ : ECCE ENIM  
EX HOC BEATAM ME DICENT OMNES GENERATIONES.

QUIA FECIT MIHI MAGNA QUI POTENS EST , \* & SANCTUM  
NOMEN EJUS.

ET

Et misericordia ejus à progenie in progenies,\* timen-  
tibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo : \* dispersit superbos  
mente cordis suis.

Depoluit potentes de sede, \* & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis : \* & divites dimisit  
inanis.

Suscepit Israel puerum suum , \* recordatus misericor-  
diæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros , \* Abraham , & se-  
mini ejus in sæcula.

*Hymnus Sanctorum Ambrosii, & Augustini.*

T



E De um lau da mus: te Do-



minum con fi te mur. Te x ternum Pa-



trem: omnis ter ra ve ne ra tur. Ti bi

omnes




om nes An- ge- li: ti bi cœ- li & u-




ni ver sæ po te sta- tes. Ti bi Che rubim, &




Se- raphim: in cel sa- bi li vo ce pro-



cla- mant. San- ctus, San-



- ctus , San- ctus: Do mi nus Deus



Sa- baoth. Ple ni sunt cœli & ter- ra:



maje sta- tis glo ri- x tu- a. Te glo-  
O riosus

ri -o sus A po sto lorum cho- rus. Te

Propheta- rum lau da bi lis nu merus.

Te Martyrum can di da tus lau dat ex-

er ci tus. Te per orbem terra rum, san-


cta con fi te tur Ec cle si a. Pa-

trem immenlæ ma je sta tis. Ve nerandum

tu um ve rum, & u ni cum Fi li um.  
Sanctum



San- ctum quoque Pa- ra- cli tum Spi- ri tum.




Tu Rex glo- ri æ Christe. Tu Pa- tris sem-



pi ter- nus es Fi- li us. Tu ad li be-




randum suscep- tu rus ho- mi nem: non hor ru-



i sti Vir- gi nis u- terum. Tu de vi cto



mortis a cu- le- o: a pe ru i- sti cre-



den ti bus regna cœ- lo- rum. Tu ad dex te-

O ij

ram

ram De i se. des in glo ri a Pa- tris.

Ju. dex cre de ris es le ven tu rus.

Te ergo quæsumus, tu is famulis sub- ve-

ni : quos pre- ti o. so san gui ne re de-

mi- sti. — Æ ter na fac cum sanctis tu is:


in glo ri a nu me ra- ri. Sal- vum

fac populum tuum Do-

mine: & be-  
nedic




ne dic he re di ta ti tu z. Et




re ge e os: & ex tol le il los usque




in æ ter num. Per fin gu los di es:




be ne di ci mus te. Et lau da mus nomen



tu um in sæ cu lum: & in sæ culum sæ cu




li. Digna re Domine di e i sto: si




ne pecca to nos cu sto di re. Mi se

rere




re re nostri Do mi ne: mi se re re no stri.




Fi at mi se ri cor di a tu a Do mi ne




su per nos: quem ad modum spe ra vi mus



in te. In te Do mi ne spe ra-



- vi: non con fun dar in æ-



ter num.

Psalmus 148.

**L**AUDATE DOMINUM DE CÆLIS : \* LAUDATE EUM IN EX-CÆLIS.

LAUDATE EUM OMNES ANGELI EJUS : \* LAUDATE EUM OMNES VIRTUTES EJUS.

LAUDATE EUM SOL & LUNA : \* LAUDATE EUM OMNES STELLÆ, & LUMEN.

LAUDATE EUM CÆLI CÆLORUM : \* & AQUÆ OMNES, QUÆ SUPER CÆLOS SUNT, LAUDENT NOMEN DOMINI.

QUIA IPSE DIXIT, & FACTA SUNT : \* IPSE MANDAVIT, & CREA-TA SUNT.

STATUIT EA IN ÆTERNUM & IN SÆCULUM SÆCULI : \* PRÆCE-PTUM POSUIT, & NON PRÆTERIBIT.

LAUDATE DOMINUM DE TERRA ; \* DRACONES, & OMNES ABYSSI.

IGNIS, GRANDO, NIX, GLACIES, SPIRITUS PROCELLARUM : \* QUÆ FACIUNT VERBUM EJUS.

MONTES, & OMNES COLLES : \* LIGNA FRUCTIFERA, & OMNES CEDRI.

BESTIÆ, & UNIVERSA PECORA : \* SERPENTES, & VOLUCRES PENNATÆ.

REGES TERRÆ, & OMNES POPULI : \* PRINCIPES, & OMNES JUDICES TERRÆ.

JUVENES, & VIRGINES, SENES CUM JUNIORIBUS LAUDENT NOMEN DOMINI : \* QUIA EXALTATUM EST NOMEN EJUS SOLIUS.

CONFESSIO EJUS SUPER CÆLUM, & TERRAM : \* & EXALTA-VIT CORNU POPULI SUI.

Hymnus

Hymnus omnibus sanctis ejus: \* filiis Israel , populo appropinquenti sibi.

*Psalmus 149.*

**C**Antate Domino canticum novum : \* laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo , qui fecit eum: \* & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in tympano , & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo : \* & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria : \* lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : \* & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : \* increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : \* & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : \* gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

*Psalmus 150.*

**L**Audate Dominum in sanctis ejus : \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Lau-

Laudate eum in sono tubæ: \* laudate eum in psalterio , & cithara.

Laudate eum in tympano , & choro: \* laudate eum in chordis , & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis : \* omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri , & Filio , &c.

*Canticum Zachariae.*

**B**enedictus Dominus Deus Israel, \* quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Ecce erexit cornu salutis nobis , \* in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum,\* qui à saeculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris , \* & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: \* & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum , quod juravit ad Abraham patrem nostrum , \* daturum se nobis.

Ut sine timore , de manu inimicorum nostrorum liberati , \* serviamus illi.

In sanctitate & justitia coram ipso , \* omnibus diebus nostris.

Et tu puer , Propheta Altissimi vocaberis: \* præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, \* in remissione  
nem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: \* in quibus visi-  
tavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis se-  
dent: \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

*Si tempus superfuerit, repetantur Hymni, Cantica, &  
Psalmi per ordinem prædictum, & in fine regressus, iterum  
omnes ingredientur Ecclesiam, & ibi genuflexi, cereos adhuc  
accensos tenentes, duο Cantores partem Hymni sequentis intro-  
nant, illam cun versu, & Oratione Deus qui nobis, &c. de-  
votissime recitabunt, expectabuntque usque ad benedictionem  
cun Sanctissimo Sacramento datam.*

Tantum ergo Sacramē  
tum  
Veneremur cernui:  
Et antiquum documentum  
Novo cedat ritui:  
Præstet fides supplementum  
Sensuum defectui.

¶. Panem de coelo præsticisti eis. Temp. Paſch. additur  
Alleluia.

R. Omne delectamentum in te habentem.

Oremus.

D Eus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis  
cuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos  
Corporis,

Genitori, Genitoque  
Laus, & jubilatio,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit & benedictio:  
Procedenti ab utroque  
Compar fit laudatio. Amen.

**Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemtionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.**

*Hymni, & Antiphonæ B. Mariæ Virginis.*

A

Ve ma- ris stel la, De i  
- ma ter al ma, At que semper vir-  
go, Fe- lix cœ li por- ta.

Sumens illud Ave,  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac, & castos.


Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum,  
Semper collætemur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui sancto,  
Tribus honor unus. Amen.

*Hymnus.*

O

Glo- ri- o sa Vir- ginum ,



Subli mis in ter si- de ra, Qui te cre- a-



vit par- vulum La cten te nutris u- be re.

**Quod Heva tristis abstu- lit,**  
**Tu reddis almo germine:**  
**Intrent, ut astra flebiles,**  
**Cœli recludis cardines.**

**Vitam datam per Virginé,**  
**Gentes redemptæ plaudite.**  
**Jesu tibi sit gloria,**  
**Qui natus es de Virgine,**  
**Cum Patre, & almo Spiritu,**  
**In sempiterna sœcula. Amé.**

**Tu Regis alti janua,**  
**Et aula lucis fulgida:**

*Antiphona.*

S

Ancta Ma ri-

a succur-

re

tu

tu



re mi se ris, ju va pu fil-



la ni mes, re fo ve fle bi les, o ra



pro po pu lo, in ter ve ni pro




cle ro, in ter ce de pro de vo-



to fe mi ne o se xu: sen ti ant omnes



tu um ju va men qui cum que ce-



lbrant tuam sanctam fe sti vi ta tem.

commemorati onem.

V. Ora

**V.** Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

**R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Dicitur Oratio Deus, qui de beatæ Mariæ, vel Deus, qui salutis æternæ, vel Concede nos famulos tuos, &c. ut supra, fol. 91. Et in Processione Conceptionis cantatur Antiphona Conceptio tua, &c. cum versu In Conceptione tua, Virgo immaculata fuisti, &c. & Oratione Deus, qui per immaculatam, &c.*

## HYMNI, ET ANTIOPHONA S. PATRIS NOSTRI FRANCISCI.

**P**

Ro les de cœ lo pro di- it, No-



vis u tens prodi- gi is Cœlum cæcis a-




pe ru it, Sic cis ma re ve sti- gi- is.

Spoliatis.

<b>S</b> poliatis Ægyptiis	Trinitatis officium
<b>T</b> ransit dives , sed pauperis	Festo solemnicelebrat.
<b>N</b> ec ré, nec nomé perdidit,	Dum reparat virtutibus
<b>F</b> actus felix pro miseris.	Hospes triplex hospitium:
<b>A</b> ssumptus cum Apostolis	Et beatarum mentium
<b>I</b> n montem novi luminis,	Dum templum Christo cō-
<b>I</b> n paupertatis prædiis	secrat.
<b>C</b> risto Franciscus intulit.	Domum, portam , & tu-
Fac tria tabernacula ,	mulum ,
Votum fecutus Simonis:	Pater Francisce, visita,
<b>Q</b> uem hujus non deseruit	Et Hevæ prolem miseram
<b>N</b> umen, vel omen nominis.	A somno mortis excita.
Legi, Prophetæ, gratiæ	Amen.
Gratum gerens obsequium,	

Antiphona.

**S**al- ve san- cte Pa ter, pa- tri æ  
 lux , for- ma Mi no- rum , vir tu- tis  
 spe cu lum, re cti vi a, re- gu- la mo-  
 rum:



rum : carnis ab exili oduc nos ad re-

gnatione po lo rum.

**V.** Ora pro nobis beate Pater Francisce.

**R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Oremus.*

**D**eus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis  
fatu novae prolis amplificas : tribue nobis ex ejus  
imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum sem-  
per participatione gaudere. Per Christum Dominum  
noscum. **R.** Amen.

*Hymnus.*

**C**

Rucis Christi mons Alvernae

Reccenset myste ria ubi sa lu tis æ ter-

nae



næ Dan tur pri vi le- gi- a: Dum Franciscus

dat lu cer- næ Cru cis su a studi- a.

Hoc in monte vir de-  
votus

Specu solitaria

Pauper, à mundo semotus,

Condensat jejunia:

Vigil, nudus, ardens totus

Crebra dat suspiria.

Solus ergo clausus orans,  
Mente luctum agitur,  
Super gestis Crucis plorans  
Mærore conficitur:  
Crucisque fructum implo-  
rans

Animo resolvitur.

Ad quē venit Rex è cœlo  
Amictu Seraphico;  
Sex alarum tectus velo  
Aspectu pacifico:  
Affixusque Crucis telo,  
Portento mirifico.

Cernit servus Redempto-  
rem,

Passum impassibilem,  
Sæclorum Imperatorem  
Tam pium, tam humilem:  
Verborum audit tenorem,  
Viro non effabilem.

Vertex montis inflam-  
matur,

Vicinis cernentibus,  
Cor Francisci trâsformatur  
Amoris ardoribus:  
Corpus verò mox ornatur  
Mirandis Stigmatibus.

Collaudetur Crucifixus,  
Tollens mundi scelera,  
Quem laudat Concrucifixus  
Crucis ferens vulnera,  
Franciscus prorsus innixus  
Super mundi fœdera. Amé.

Q

Y. Si-

- V. Signasti Domine servum tuum Franciscum.  
R. Signis redemptionis nostræ.

*Oremus.*

**D**omine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis & precibus Crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis, & regnas in æcula sæculorum. R. Amen.

*Hymnus, & Antiphona Sancti Antonii.*

**E**

N gra- tu le mur ho- di e Christo

Re gi ju cuo- di us, In cu jus au- la glo-

ri æ Jam ju bi lat An to- ni us.

Francisci

Francisci Patris æmulus,  
Sic illi se comtemperat,  
Ut fonte manans rivulus,  
Aquas vitæ circumferat.

Longè latèque diffuit,  
Sitique mortis aridos  
Verbo salutis imbuit,  
Dans rore sacro vividos.

Hic Stigmatū qui bajulo  
Patri natus innititur,  
Dum prædicat de titulo,  
Configitus ille cernitur.


Sub tanto duce militans,  
Vincendo se non vincitur,  
Duci miles cohabitans,  
Jam bello non concutitur.

Nos in cāpo certaminis,  
Patrum zelantes gloriam:  
Hic sub re nostri nominis,  
Vincamus ignominiam.

Præstet hoc Nati Genitor,  
Hoc Genitoris Genitus,  
Ac par utrique Conditor  
Paraclitus hoc Spiritus. Amē

*Antiphona.*

Je- su per pe tu- a



lux, tot in An to ni- o si gnis dans splendo-



rem, de quo non in con gru a no bis glo ri-  
Q ij atio

a- ti o ti bi dat ho no rem. Gra-

ti a per hunc tu a nos in va se pro pri o

fer re da li quorem, lam pa de

non va cu a lu men det o pi-

ni o, cha ri tas ar dorem : fru strà vir go fa-

tu a glo ri ans in a li o, quæ rit

vendi to; rem.

V. Ora


**V.** Ora pro nobis beate Antoni.

**R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.


## Oremus.

**E**cclesiā tuā, Deus, beati Antonii Confessoris tui  
solemnitas (deprecatio, vel commemoratio) votiva  
lætificet; ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, & gau-  
diis perfaci mereatur æternis. Per Christum Dominum  
nostrum. **R.** Amen.


## Hymnus, &amp; Antiphona sancte Clare.



On ci nat plebs fi de li um



Vir gi na le præ co ni um, Matris Christi



ve sti gi um, Et no vi ta tis gau di um.

Pauperum primogenita,  
Dono cœlesti prædita,  
Obtinet supra merita  
Præmia vitæ reddita.

Novum sidus emicuit,  
Candor lucis apparuit,  
Nam lux, quæ lucem influit,  
Claram clarere voluit.

Claris

Claris orta natalibus ,  
 Nec dum relictis omnibus ,  
 Vacat plenis affectibus,  
 Pietatis operibus.

Sub paupertatis regula ,  
 Patris Francisci ferula,  
 Clara Christi discipula  
 Luce respersit saecula.

Mundus, & caro vincitur,  
 Matri Christi connectitur,  
 Christo prorsus innititur ,  
 Pauperem pauper sequitur.

Spretis nativo genere ,  
 Carnis & mundi foedere ,

Clauditur velut carcere,  
 Dives superno munere.

Clauditur velut tumulo,  
 Nequam subducta saeculo:  
 Patet in hoc ergastulo  
 Solum Dei spectaculo.

Tegmina carnis vilia ,  
 Urgens famis inedia ,  
 Arcta quoque jejunia  
 Praestant orandi spatia.

Virginis hujus merito ,  
 Laus Patri sit ingenito ,  
 Gloria Unigenito ,  
 Virtus summa Paraclito.

Amen.

*Antiphona.*

S



Al- ve Ipon- fa De- i, vir- go fa-




cra, plan- ta Mi no rum: Tu vas mundi-  
 tiæ,



ti. æ, tu præ vi a for- ma So. ro rum,



Cla ra , tu is pre cibus duc nos ad re-



gna po. lo rum.

V. Ora pro nobis beata Clara.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Oremus.*


F Amulos tuos , quæsumus Domine , beatæ virginis  
tuæ Claræ votiva natalitia ( votivam commemora-  
tionem ) recensentes , cœlestium gaudiorum sua facias  
interventione participes , & tui Unigeniti cohæredes.  
Qui tecum vivit , & regnat in sœcula sœculorum.

R. Amen.

# HYMNI, ET ANTIOPHONÆ

## Communes Sanctorum.

*In Communi Apostolorum, & Evangelistarum, Hymnus.*



re sul tet lau di bus: A po sto lo rum

glo ri am Tel lus, & a stra con ci nunt.

Vos sæculorum iudices,	Sanate mentes languidas :
Et vera mundi lumina ,	Augete nos virtutibus.
Votis precamur cordium,	Ut cum redibit Arbiter
Audite voces supplicum.	In fine Christus sæculi ,
Qui tépla cœli clauditis,	Nos sempiterni gaudii
Serasque verbo solvitis ,	Concedat esse compotes.
Nos à reatu noxios	Patri, simulque Filio ,
Solvi jubete , quæsumus.	Tibique sanæte Spiritus ,
Præcepta, quorū protinus	Sicut fuit , sit jugiter
Languor, lalusque sentiunt:	Sæclum per omne gloria.

Anti:


## Antiphona.

**F**

Sto te for tes in bel lo, &amp;



pu gna- te cum an ti quo fer pen te: &amp;



ac ci pi e tis regnum æ ter num.

V. Annuntiaverunt opera Dei.

R. Et facta ejus intellexerunt.

## In Communi unius Martyris, Hymnus.

**D**

E us tu o rum mi li tum



Sors, &amp; co ro na, præ mi um , Lau des ca nen-

R

tes



tes Mar ty ris Ab sol ve ne- xu cri- mi nis.

Hic nem pè mundi gaudia,  
Et blanda fraudum pabula,  
Imbuta felle deputans,  
Pervenit ad cœlestia.


Pœnas cucurrit fortiter,  
Et sustulit viriliter ,  
Fundensque pro te sanguiné  
Æterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici  
Te pac cimus piissime:  
In hoc triumpho Martyris  
Dimitte noxam servulis.


Laus , & perennis gloria  
Patri sit, atque Filio ,  
Sancto simul Paraclito ,  
In sempiterna sæcula. Amé.

*Antiphona.*


Q



Ui vult ve- ni re post me, ab ne-



get se me ti- psum , & tollat crucem su- am,



& se- qua tur me.

Amen.


v. Justus

V. Justus ut palma florebit.

R. Sicus cedrus Libani multiplicabitur.

*In Communi plurium Martyrum, Hymnus.*

S




Anctorum meritis in cly ta gau di a



Pangamus so ci i, ge sta que for ti a: Gliscens



fert a- ni mus pro me re can ti bus Vi etorum



ge nus op timum.

Hi sunt quos fatuè mundus abhorruit :

Hunc fructu vacuum , floribus aridum

Contempse ere tui nominis asseclæ

Jesu Rex bone cœlitum.

Hi pro te furias , atque minas truces

Calcarunt hominum , sævaque verbera :

His cessit lacerans fortiter ungula ,

Nec carpsit penetralia.

Cæduntur gladiis more bidentium :  
 Non murmur resonat, non querimonia :  
 Sed corde impavido mens bene conscientia  
 Conservat patientiam.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere ,  
 Quæ tu Martyribus munera præparas ?  
 Rubri nam fluido sanguine fulgidis  
 Cingunt tempora laureis.

Te summa ò Deitas , unaque poscimus ,  
 Ut culpas abigas , noxia subtrahas ,  
 Des pacem famulis , ut tibi gloriam  
 Annorum in seriem canant. Amen.

*Antiphona.***G**

Audent in cœ- lis ani mæ

Sanctorum, qui Christi ve- stigi- a sunt

se- cu ti: &amp; qui a pro e- jus a mo-

re

re sanguinem su um fu derunt, i de ò

cum Christo ex ul tant si ne fi ne.


¶. Exultabunt sancti in gloria.

¶. Latabuntur in cubilibus suis.

*In Communi Confessorum Pontificum, & non Pontificum,  
Hymnus.*



Ste Confessor Do mi ni , co len tes



Quem pius è lau dant po pu li per orbem: Hac die



læ tus meru it be a tas Scan de re sen des.  
meru it supremos Lau dis hono res.

Sinibni

Qui

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,  
 Sobriam duxit sine labe vitam,  
 Donec humanos animavit aure  
 Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum frequenter,  
 Ægra quæ passim jacuere membra,  
 Viribus morbi domitis, saluti

Restituuntur.

Noster hinc illi Chorus obsequentem  
 Concinit laudem, celebresque palmas;  
 Ut piis ejus precibus juvemur,  
 Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus,  
 Qui super cœli solio coruscans,  
 Totius mundi seriem gubernat  
 Trinus, & unus. Amen.

*Antiphona.*

Amen.

A



Ma vit e- um Do- mi-nus,



& or- na- vit e- um: sto lam glo ri- a

induit



in du it e- um, & ad por tas pa-



ra di- si co ro na vit e um.

*V.* Justum deduxit Dominus per vias rectas.

*R.* Et ostendit illi regnum Dei.

*Alia Antiphona pro solis Summis Pontificibus.*

**D**



Um esset summus Ponti- fex, ter re-



na non me- tu- it, sed ad cœ le sti- a re-



gnaglori o- sus mi gra vit.

*Alia*

*Alia Antiphona pro Doctoribus.*

O



Do ctor op- ti- me , Ec cle-

S:



si & san-ctæ lu- men, be-a-te N.

S:



di vi næ le gis a- ma tor , de-

S:



pre ca re pro nobis Fi- li- um De- i.

*Alia Aña pro Confessoribus non Pontificibus.*

H



Ic vir des pi ci ens mundum , & ter-


rena




re na triumphans, di vi ti as cœ. lo

condi dit o - re ma nu.


*In Communi Virginum Martyrum, & non Martyrum, Hymnus.*



J E su, co- ro- na Vir- gi num, Quem



mater il la con- ci pit , Quæ so la vir go



par- tu rit, Hæc vo ta cle mens ac- ci pe.

Qui pergis inter lilia,  
Septus choreis Virginum,  
Sponsus decorus gloria ,  
Sponsisque reddens præmia.

Quocūque tendis, Virgines  
Sequuntur, atque laudibus  
Post te canentes cursitant,  
Hymnosq; dulces personat.

S

Te

Te deprecamur suplices,  
Nostris ut addas sensibus  
Nescire prorsus omnia  
Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloria  
Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paraclito  
In sæculorum sæcula.

Amen.

Antiphona.

**V**

Eni sponsa Christi, ac ci pe co-



ronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.


Alia Antiphona pro pluribus Virginibus.

**P**

Rudentes Virgines, apta te vestras lam-



pades; ecce sponsus venit, exite obviamente.



V. Addu-

- ¶. Adducentur Regi virgines post eam.  
Bz. Proximæ ejus afferentur tibi.

*In Communi Sanctæ Martyris tantum, & nec Virginis,  
nec Martyris, Hymnus.*

F

Ortem vi- ri li pe- cto re Laude-

mus omnes fe- minam, Quæ sancti- ta- tis

glo- ri a U- bi que ful- get in- cly ta.

Hæc sancto amore saucia,	Rex Christe, virtus fortius,
Dum mundi amore noxiū	Qui magna solus efficis,
Horrescit, ad cœlestia	Hujus precatu quæsumus,
Iter peregit arduum.	Audi benignus supplices.

Carnem domans jejuniis,	Deo Patri sit gloria,
Dulcique mentem pabulo	Ejusque soli Filio,
Orationis nutriens,	Cum Spiritu Paraclito,
Cœli potitur gaudiis.	Nunc, & per omne lœculū.

Amen.

*Antiphona.***M**

Anum su- am a pe- ru it i no-



pi, &amp; pal mas su- as ex ten- dit ad pau pe-



rem, &amp; pa- nem o ti o sa non co me dit.

¶. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Rx. Propterea benedixit te Deus in æternum.]

**LITANIÆ**

Generalis.

**K**

Y ri e e leison. Christe e lei son. Ky-

Amen.

sic

rie

ri e e leison. Christe audi nos. Christe ex audi nos.

Pater de cœ lis Deus, Misere re re no bis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.  
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.  
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix, ora.  
Sancta Virgo Virginum, ora.  
Sancte Michael, ora.  
Sancte Gabriel, ora.  
Sancte Raphael, ora.  
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.  
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate.  
Sancte Joannes Baptista, ora.  
Sancte Joseph, ora.  
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.  
Sancte

Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andrea,	ora.
Sancte Jacobe,	ora.
Sancte Joannes,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Jacobe ,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Bartholomæe,	ora.
Sancte Matthæe,	ora.
Sancte Simon ,	ora.
Sancte Thaddæe,	ora.
Sancte Mathia,	ora.
Sancte Barnaba ,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.

## STATIO I.

Omnes sancti Apostoli , & Evangelistæ ,	orate.
Omnes sancti Discipuli Domini,	orate.
Omnes sancti Innocentes,	orate.
Sancte Stephane ,	ora.
Sancte Laurenti ,	ora.
Sancte Vincenti ,	ora.
Sancti Fabiane , & Sebastiane ,	orate.
Sancti Joannes , & Paule ,	orate.
Sancti Cosma , & Damiane,	orate.
Sancti Gervasi , & Protasi ,	orate.

✠ Sancte

† Sancte Berarde,	ora.
† Sancte Petre,	ora.
† Sancte Accursi,	ora.
† Sancte Adjute,	ora.
† Sancte Otho,	ora.
† Sancte Daniel,	ora.
† Sancte Angele,	ora.
† Sancte Samuel,	ora.
† Sancte Donule,	ora.
† Sancte Leo,	ora.
† Sancte Hugoline,	ora.
† Sancte Nicolae,	ora.
Omnes sancti Martyres,	orate.
Sancte Silvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hieronyme,	ora.
† Sancte Bonaventura;	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Nicolae,	ora.
† Sancte Ludovice,	ora.
† Sancte Benvenute,	ora.

## STATIO II.

Omnes sancti Pontifices, & Confessores,	orate.
Omnes sancti Doctores,	orate.
Sancte Antoni,	ora.
	Sancte

Sancte Benedicto,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Pater Dominice,	ora.
Sancte Pater Francisci,	ora.
† Sancte Antoni de Padua,	ora.
† Sancte Bernardine,	ora.
† Sancte Petre de Alcantara,	ora.
† Sancte Joannes de Capistrano,	ora.
† Sancte Didace,	ora.
† Sancte Paschalis,	ora.
† Sancte Ludovice,	ora.
† Sancte Ivo,	ora.
† Sancte Elzeari,	ora.
† Sancte Roche,	ora.
† Sancte Conrade,	ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Levitæ,	orate.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agatha,	cra.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Catharina,	ora.
† Sancta Clara,	ora.
† Sancta Rosa de Viterbo,	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
† Sancta Elisabeth Hungariæ,	ora.
† Sancta Elisabeth Portugalliaæ,	ora.
Omnes	

Omn̄es sancte Virgines, & V̄duæ, orate pro nobis.  
 Omnes sancti & sanctæ trium Ordinum  
 Sancti Patris nostri Francisci, Intercedite pro nobis.  
 Omnes sancti, & sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

## STATIO III.



Propiti us esto, Parce no bis Domine.  
 Propitius esto, Exaudi nos Domine.  
 Ab omni malo, Libera nos Domine.  
 Ab omni peccato, *Affagelō Farramofūs*, libera.  
 Ab ira tua, *Affagelō Farramofūs*, libera.  
 A subitanea, & improvisa morte, libera.  
 Ab infidiis diaboli, libera.  
 Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.  
 A spiritu fornicationis, libera.  
 A fulgure, & tempestate, libera.  
 A morte perpetua, libera.  
 Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera.  
 Per Adventum tuum, libera.  
 Per Nativitatem tuam, libera.  
 Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum, libera.  
 Per Crucem, & Passionem tuam, libera.  
 Per mortem, & sepulturam tuam, libera.  
 Per sanctam Resurrectionem tuam, libera.  
 Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.

T

Per

Per adventum Spiritus sancti Paracliti,  
In die Judicii, libera.  
libera.

## STATIO IV.



Pecca to res, Te roga mus au di nos.

Ut nobis parcas, te rogamus.

Ut nobis indulgeas, te rogamus.

Ut ad veram pœnitentiam nos perducere  
digneris, te rogamus.

Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, &  
conservare digneris, te rogamus.

Ut Domnum Apostolicum, & omnes Ec-  
clesiasticos Ordines in sancta Religione  
conservare digneris, te rogamus.

Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare  
digneris, te rogamus.

Ut Regibus, & Principibus Christianis  
pacem, & veram concordiam donare  
digneris, te rogamus.

Ut cuncto populo Christiano pacem, &  
unitatem largiri digneris, te rogamus.

Ut nos metipso in tuo sancto servitio  
confortare, & conservare digneris, te rogamus.

Ut mentes nostras ad cœlestia desideria  
erigas, te rogamus.

Ut

Ut omnibus benefactoribus nostris sem.

piterna bona retribuas,

te rogamus.

Ut animas nostras, fratum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias,

te rogamus.

Ut fructus terræ dare, & conservare  
digneris,

te rogamus.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem  
æternam donare digneris,

te rogamus.

Ut nos exaudire digneris,

te rogamus.

Fili Dei.

te rogamus.



Agnus Dei, qui tollis pecca ta mundi,



Par ce no bis Do mine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.



Christe audi nos. Christe ex audi nos. Kyrie

T ij

eleison.

l. N. v.



e- lei son. Christe e lei son. Ky ri e e lei son.

Pater noster, / secretò.

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

*Psalmus 69.*

**D**EUS in adjutorium meum intende: \* Domine ad  
adjuvandum me festina.

Confundantur, & revereantur, \* qui quærunt animā  
meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant, \* qui volunt  
mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, \* qui dicunt mihi:  
Euge, euge.

Exultent, & latentur in te omnes, qui quærunt te, \*  
& dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt,  
salutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper sum: \* Deus adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: \* Domine ne  
moreris.

Gloria Patri, &c.

¶. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

¶. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

¶. Nihil

- ¶. Nihil proficiat inimicus in nobis.  
Rx. Et filius iniquitatis non appetat nocere nobis.  
¶. Domine non secundū peccata nostra facias nobis.  
Rx. Neque secundum iniquitates nostra retribuas nobis.  
¶. Oremus pro Pontifice nostro N.  
Rx. Dominus conservet eum , & vivificet eum , & beatum faciat eum in terra , & non tradat eum in animam inimicorum ejus.  
¶. Oremus pro benefactoribus nostris.  
Rx. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam , amen.  
¶. Oremus pro fidelibus defunctis.  
Rx. Requiem æternam dona eis Domine , & lux perpetua luceat eis.  
¶. Requiescant in pace.  
Rx. Amen.  
¶. Pro fratribus nostris absentibus.  
Rx. Salvos fac servos tuos Deus meus sperantes in te.  
¶. Mitte eis Domine auxilium de sancto.  
Rx. Et de Sion tuere eos.  
¶. Domine exaudi orationem meam.  
Rx. Et clamor meus ad te veniat.  
¶. Dominus vobiscum.  
Rx. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**D**eus, cui proprium est misereri semper, & parcerre! suscipe deprecationem nostram, ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundùm tuam clementiam in viam salutis æternæ; ut te donante tibi placa cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera! da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut & corda nostra mandatis tuis debita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine; ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissio-

nem

nem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam,  
quam semper optaverunt, piis supplicationibus conse-  
quantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præ-  
veni; & adjuvando prosequere; ut cuncta nostra oratio,  
& operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum domi-  
naris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos  
tuos fide, & opere futuros esse prænoscis! te supplices  
exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus,  
quosque vel prælens sæculum adhuc in carne rētinent,  
vel futurum jam exiūtos corpore suscepit, intercedenti-  
bus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium  
delictorum suorum veniam consequantur. Per Domi-  
num nostrum, &c.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dñus.

R. Amen.

V. Et fidelium animæ per misericordiam Dei re-  
quiescant in pace.

R. Amen.

*Antiphona.*

A pacem Do mi ne in di e-

bus

D

bus nostris, qui a non est a- li us  
qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster.

## DE PROCESSIONE ad petendam pluviam.

*Aguntur omnia, ut supra in Litaniis maioribus, usque ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos.*

*In fine postea dicitur: Pater noster, secretò.*

**V.** *Et ne nos inducas in temptationem.*

**R.** *Sed libera nos à malo.*

### Psalmus 146.

**L**audate Dominum quoniam bonus est psalmus: \*  
Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.  
Ædificans Ierusalem Dominus: \* dispersiones Israe-  
lis congregabit.

Qui sanat contritos corde: \* & alligat contritiones  
corum.

Qui

**Qui numerat multitudinem stellarum :\* & omnibus eis nomina vocat.**

**Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus,\* & sapientiae ejus non est numerus.**

**Suscipiens mansuetos Dominus :\* humilians autem peccatores usque ad terram.**

**Præcinite Domino in confessione :\* psallite Deo nostro in cithara.**

**Qui operit cœlum nubibus :\* & parat terræ pluviam.**

**Qui producit in montibus fœnum :\* & herbam servituti hominum.**

**Qui dat jumentis escam ipsorum :\* & pullis corvorum invocantibus eum.**

**Non in fortitudine equi voluntatem habebit :\* nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.**

**Beneplacitum est Domino super timentes eum :\* & in eis qui sperant super misericordia ejus.**

**Gloria Patri, &c.**

**V. Operi Domine cœlum nubibus.**

**R. Et para terræ pluviam.**

**V. Ut producat in montibus fœnum.**

**R. Et herbam servituti hominum.**

**V. Riga montes de superioribus tuis.**

**R. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.**

**V. Domine ex audi orationem meam.**

**R. Et clamor meus ad te veniat.**

**V. Dominus vobiscum.**

**R. Et cum spiritu tuo.**

## Oremus.

**D**eus, in quo vivimus, movemur, & sumus, pluviam nobis tribue congruentem; ut presentibus auxiliis sufficienter adjuti, semper eterna fiducialiis appetamus.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

Da nobis, quæsumus Domine, pluviam salutarem: & aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**V.** Benedicamus Domino.

**R.** Deo gratias.

**V.** Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dñus.

**R.** Amen.

**V.** Et fidelium animæ per misericordiam Dei re-  
quiescant in pace.

**R.** Amen.

## P R O C E S S I O

Ad postulandam serenitatem.

Omnia fiant ut supra in Litaniis majoribus, & in Litania-  
rum Precibus bis dicatur: Ut fidelibus tuis aeris serenitatem  
concedere digneris, Te rogamus audi nos.

Ad finem obsecrationum dicitur: Pater noster. &c.

**V.** Et

- ¶. Et ne nos inducas in temptationem.  
Rx. Sed libera nos à malo.

## Psalms 66.

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.  
Ut cognoscamus in terra viam tuam: \* in omnibus Gentibus salutare tuum.  
Confiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: \* quoniam judicas populos in æquitate, & Gentes in terra diriges.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \* & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, &c.

¶. Adduxisti Domine spiritum tuum super terram.

Rx. Et prohibitæ sunt pluviæ de cœlo.

¶. Cùm obduxero nubibus cœlum.

Rx. Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei.

¶. Illustra faciem tuam Domine super servos tuos.

Rx. Et benedic sperantes in te.

¶. Domine exaudi orationem meam.

Rx. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum.

Rx. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**D**eus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi, & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

Quæsumus omnipotens Deus clementiam tuam: ut inundantiam coerceas imbrum, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum, &c.

## P R E C E S Ad repellendam tempestatem.

Pulsantur cäpuae, & qui adesse possunt, in Ecclesiam convocati, dicuntur Litaniæ ordinariæ, in quibus bis dicitur: A fulgere, & tempestate, & post Litanias, Orationemque Dominicam, Psalmus 147. Lauda Jerusalem Dominum, &c. ut supra fol. 102.

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit cœlum & terram.

**V.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

**R.** Et salutare tuum da nobis.

**V.** Adjuva nos Deus salutaris noster.

**R.** Et

- R. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
- V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
- R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
- V. Fiat misericordia tua Domine super nos.
- R. Quemadmodum speravimus in te.
- V. Salvum fac populum tuum Domine.
- R. Et benedic hereditati tuae.
- V. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.
- R. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.
- V. Domine exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- V. Dominus vobiscum.
- R. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**D**eus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: precies populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuae iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

A domo tua, quæsumus Domine, spiritales nequitiæ repellantur: & aerearum discedat malignitas tempestatū.

Omnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus: ut post noxios ignes nubium, & vim procellarum, in misericordiam transcat laudis comminatio tempestatum.

**Domine Iesu, qui imperasti ventis, & mari, & facta  
fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiz tuæ, &  
præsta, ut hoc signo sanctæ Crucis ☩ omnis discedat la-  
vitia tempestatum.**

Omnipotens & misericors Deus, qui nos & castigando  
sanas, & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis, ut  
& tranquillitatibus optatæ consolationis latemur, & do-  
no tuæ pietatis semper utamur. Per Dñm nostrum, &c.

## P R E C E S

### Dicendæ tempore penuriæ, & famis.

*Fiant omnia, ut suprà in Litaniis majoribus usque ad fi-  
nem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur: Ut fructus  
terræ dare, & conservare digneris. Post Litanias dicitur:  
Pater noster, &c. Psalmus 22. Dominus regit me, &c. ut  
in Officio Defunctorum, &c.*

V. Dñe non secundùm peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis.

V. Oculi omnium in te sperant Domine.

R. Et tu das illis escam in tempore opportuno.

V. Memento congregationis tuæ.

R. Quam possedisti ab initio.

V. Dominus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**I**Neffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Da nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & famem propitiatus averte: ut mortalium corda cognoscant, & te indigante talia flagella prodire, & te milerante cessare.

Populum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad te Domine converte propitius, qui quærentibus regnum tuum omnia adjicienda esse dixisti. Qui vis, & regnas cum Deo Patre, &c.

## PROCESO

### Tempore mortalitatis, & pestis.

*Fiat ut supra in Litaniis majoribus, & in Litaniarum Precibus dicatur bis: A peste, & fame, Libera nos Domine, & infra suo loco Ut à pestilentiae flagello nos liberare digneris, &c. In fine Litaniarum dicitur, Pater noster, &c. Et ne nos inducas, &c. Psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, &c ut in Officio Defunctorum, &c.*

**V.** Dñe non secundùm peccata nostra facias nobis.

**R.** Neque secundùm iniqüitates nostras retribuas nobis.

**V.** Adjuva nos Deus salutaris noster.

**R.** Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

**V.** Domi-

**V.** Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

**R.** Cito anticipent nos misericordiae tuæ, quia pauperes facti sunt nimis.

**V.** Ora pro nobis beate Pater Francisce.

**R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**V.** Domine exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, & intercedente beato Francisco confessore tuo, & omnibus sanctis, populum tuum ab iracundiae tuae terroribus libera, & misericordiae tuae fac largitate securum.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & animarum & corporum medere languoribus, ut remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur.

Da nobis, quæsumus Domine, piæ petitionis effectum, & pestilentiam, mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant à te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde cantatur *Antiphona Stella cœli*, &c. qua finita, dicunt duo Cantores *Ora pro nobis*, &c.

*Ore:*

## Oremus.

**D**eus misericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgen-  
tiæ, qui misertus es super afflictionem populi tui, &  
dixisti Angelo percutienti populum tuum, Contine ma-  
num tuam: ob amorem illius stellæ gloriofæ, cuius ube-  
ra pretiofa contra venenum nostrorum delictorum,  
quam dulciter luxisti: præsta auxilium gratiæ tuæ; ut ab  
omni peste, & improvisa morte securè liberemur, & à  
totius perditionis incursu misericorditer salveremur. Per te  
Iesu Christe Rex gloriæ: Qui vivis, & regnas in sæcula  
sæculorum. R. Amen.

Cantantur etiam sequentes Annæ, & Orationes.

A


Ve Roche sanctis si me, Nobi-

li na tus san guine, Crucis signa ris sche-

mate, Si nistro tu o la te re. Ro che



pe- re grè profectus, Pe sti- fe- ræ mor tis




a ctus, Cu ra vi sti mi ri- fi cè, Tangen-



do fa lu ti fe- rè. Va le Roche An ge-



li- ce, Vocis ci- ta tus fla mi ne, Ob ti-



nu i- sti Dei- fi ce, A cunctis pestem pel le re.

*V.* Ora pro nobis beate Roche.

*R.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

## Oremus.

**D**eus, qui beato Rocho, per Angelum tuum tabu-  
lam eidem afferentem promisisti, ut qui ipsum in-  
vocaverit, à nullo pestis cruciatu læderetur: præsta quæ-  
sumus; ut qui ejus memoriam agimus, ipsius meritis, &  
precibus à mortifera peste corporis, & animæ liberemur.  
Per Christum Dominum nostrum. **R. Amen.**



Be a- te Se ba- sti- a- ne,

magna est fi des tu a, in ter- ce de pro no bis

ad Do- minum Jesum Christum, ut ab im pro vi-

sa pe- ste, & ab om ni pe ri- cu lo cor-



po ris, & a ni mæ li- be- remur.

**V.** Ora pro nobis beate ſeſtiane.

**R.** Ut digni efficiamur promiſſionibus Christi.

*Oremus.*

**D**eus , qui beatum Sebaſtianum Martyrem tuum, virtute conſtantiae in paſſione roborasti : ex ejus imitatione tribue nobis, pro amore tuo proſpera mundi despicer, & nulla ejus adverſa formidare. Per Christum Dominum noſtrum. **R.** Amen.

P R E C E S

Dicendæ in Litaniis tempore belli.

*Peractis omnibus, ut ſuprà in Litaniis majoribus, ad finem Litaniarum dicitur: Pater noster , &c.*

**V.** Et ne nos inducas in temptationem.

**R.** Sed libera nos à malo.

*Psalmus 45.*

**D**eus noster refugium, & virtus: \* adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : \* & transferentur montes in cor maris.

Sonue-

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum : \* conturba-  
ti sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laxificat civitatem Dei: \* sanctifica-  
vit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur : \* adjuvabit  
eum Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt Gentes, & inclinata sunt regna: \* de-  
dit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum : \* susceptor noster  
Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia  
super terram: \* auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma : \* & scuta com-  
buret igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: \* exaltabor  
in Gentibus, & exaltabor in terra.

Dñs virtutū nobiscum,\* susceptor noster Dous Jacob.

Gloria Patri, &c.

¶. Exurge Domine, adjuva nos.

¶. Et libera nos propter nomen tuum.

¶. Salvum fac populum tuum Domine.

¶. Deus meus sperantem in te.

¶. Fiat pax in virtute tua.

¶. Et abundantia in turribus tuis.

¶. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

¶. A facie inimici.

¶. Arcum conteret, & confringet arma.

¶. Et scuta comburet igni.

¶. Mitte

- V. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.  
 Rx. Et de Sion tuere nos.  
 V. Domiae exaudi orationem meam.  
 Rx. Et clamor meus ad te veniat.  
 V. Dominus vobiscum.  
 Rx. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**D**eus, qui conteris bella, & impugnatores inter spe-  
 rantium potentia tuæ defensionis expugnas: auxi-  
 liare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam; ut  
 inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gra-  
 tiarum actione laudemus.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa  
 sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non  
 potest, pacem; ut, & corda nostra mandatis tuis dedita, &  
 hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione  
 tranquilla.

Hostium nostrorum, quæsumus Domine, elide super-  
 biam: & eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute pro-  
 sterne. Per Dominum nostrum Jesù Christum, &c.

*Si verò bellum est contra Turcas, & alios infideles, vel hæreti-  
 cos, inter Preces Litaniarum bis dicatur: Ut inimicos sanctæ  
 Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus audi nos, &  
 addatur, Ut Turcarum (vel hæreticorum) conatus repri-  
 mere, & ad nihil redigere digneris, Te rogamus, &c.  
 & dicto Pater noster, dicatur Psalm. sequent.*

Psal-

## Psalms 78.

**D**EUS VENERUNT GENTES IN HÆRESTITATEM TUAM, POLLUERUNT TEMPLUM SANCTUM TUUM: \* POSUERUNT JERUSALEM IN POMORUM CUSTODIAM.

POSUERUNT MORTICINA SERVORUM TUORUM, ESCAS VOLATILIBUS CŒLI: \* CARNES SANCTORUM TUORUM BESTIIS TERRÆ.

EFFUDERUNT SANGUINEM EORUM, TAMQUAM AQUAM IN CIRCUITU JERUSALEM: \* & NON ERAVIT QUI SEPELIRET.

FACTI SUMUS OPPROBRIUM VICINIS NOSTRIS: \* SUBFANNATIO, & ILLUSIO HIS, QUI IN CIRCUITU NOSTRO SUNT.

USQUEQUÒ DOMINE IRASCERIS IN FINEM: \* ACCENDETUR VELUT IGNIS ZELUS TUUS?

EFFUNDE IRAM TUAM IN GENTES, QUÆ TE NON NOVERUNT: \* & IN REGNA, QUÆ NOMEN TUUM NON INVOCAVERUNT.

QUIA COMEDERUNT JACOB: \* & LOCUM EJUS DESOLAYERUNT.

NE MEMINERIS INIQUITATUM NOSTRARUM ANTIQUARUM, CI-  
TÓ ANTICIPENT NOS MISERICORDIAE TUÆ: \* QUIA PAUPERES FACTI  
SUMUS NIMIS.

ADJUVA NOS DEUS SALUTARIS NOSTER: & PROPTER GLORIAM  
NOMINIS TUI DOMINE LIBERA NOS: \* & PROPITIUS ESTO PECCA-  
TIS NOSTRIS, PROPTER NOMEN TUUM.

NE FORTÈ DICANT IN GENTIBUS: UBI EST DEUS EORUM? \* &  
INNOVESCAT IN NATIONIBUS CORAM OCULIS NOSTRIS.

ULTIO SANGUINIS SERVORUM TUORUM, QUI EFFUSUS EST: \*  
INTROEAT IN CONSPECTU TUYO GEMITUS COMPEDITORUM.

SECUNDUM MAGNITUDINEM BRACHII TUI, \* POSSIDE FILIOS  
MORTIFICATORUM.

ET

Et redde vicinis nostris septuplū in sinu eorum : \* im-  
properium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, \* con-  
fitebimur tibi in sæculum.

In generationem, & generationem, \* annuntiabimus  
laudem tuam.

Gloria Patri, &c.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Hostium nominis tui Domine elide superbiam.

R. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute  
prosterne:

V. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti.

R. Et Angelus Domini persequatur eos.

V. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nove-  
runt.

R. Et in regna, quæ nomen tuum non invocave-  
runt.

V. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere nos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

## Oremus.

**D**A, quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incur-  
sione turbetur.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, pre-  
ces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella  
tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, a-  
verte.

Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt  
omnium potestates, & omnium jura regnum: respice  
in auxilium Christianorum: ut gentes Turcarum, (*seu*  
*hæreticorum*) quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ  
potentia conterantur. Per Dominum nostrum Jesum  
Christum, &c.

¶. Exaudiat nos Dominus. Rx. Amen.

### P R O C E S S I O In quacumque tribulatione.

*Servatis omnibus, ut supra in Litaniis majoribus, finitisque  
Litaniis, dicitur: Pater noster, &c.*

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

Rx. Sed libera nos à malo.

## Psalms 90.

**Q**Ui habitat in adjutorio Altissimi, \* in protectione  
Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium

Y

me

meum : \* Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, \*  
& à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: \* & sub pennis ejus spe-  
rabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus : \* non timebis à ti-  
more nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in te-  
nebris, \* ab incursu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tu-  
is : \* ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis : \* & retributio-  
nem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea : \* Altissimum po-  
suisti refugium tuum.

Non accederet ad te malum : \* & flagellum non appro-  
pinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: \* ut custodiant  
te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : \* ne forte offendas ad lapi-  
dem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis: \* & conculca-  
bis leonem , & draconem.

Quoniam in me speravit , liberabo eum: \* protegam  
eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabis ad me, & ego exaudiam eum : \* cum ipso  
sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : \* & ostendam illi  
salutare meum.

Glo-

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

V. Deus refugium nostrum , & virtus.

R. Adjutor in tribulationibus.

V. Salvos fac servos tuos Domine.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.

R. Miserebis nobis.

V. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui Domine, libera nos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobis cum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**N**E despicias, omnipotens Deus , populum tuum in afflictione clamantem : sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

Ineffabilem misericordiam tuam Domine , nobis clementer ostende: ut simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à poenis, quas pro his meremur, eripias.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitatem gaudere : & gloriose beatæ Mariæ semper Virginis intercessione , à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Tribulationem nostram , quæsumus Domine, propitius respice: & iram tuæ indignationis, quam justè meremur, averte.

Dilectis refugium nostrum, & virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

## P R E C E S

## In ægritudine Regis, vel Reginæ.

Fiant, ut supra in Litania generali, qua finita, dicitur: Pater noster, &c. ¶. Et ne nos inducas, &c. Psalm. 6. Domine nè in furore tuo arguas me, &c. ut in Officio Defunctorum, &c.

¶. Salvum fac Regem nostrum infirmum.

R. Deus meus sperantem in te.

Pro Reginâ dicitur:

¶. Salvam fac Reginam nostram infirmam.

R. Deus meus sperantem in te.

¶. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eum. (am)

¶. Nihil proficiat inimicus in eo. (a)

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

¶. Esto ei Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

¶. Dominus opem ferat illi.

R. Super lectum doloris ejus.

¶. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Doe

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**D**eus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram: ut nos, & hunc famulum tuum Regem nostrum, quem (*vel* & hanc famulam tuam Reginam nostram, quam) delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Deus, infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilii tui super infirmum famulum tuum Regem nostrum (*vel* infirmam famulam tuam Reginam nostram) ostende virtutem: ut ope misericordiæ tuæ adjutus, (a) Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum Regem nostrum, (*vel* hanc famulam tuam Reginam nostram,) quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitatem gaudere: & gloria beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Omnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium: exaudi nos pro infimo famulo tuo Rege nostro N. (*vel* pro infirma famula tua Reginam nostra N.) pro quo (a) misericordiæ tuæ imploramus auxilium; ut reddit a sibi sanitatem, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

## P R E C E S

## Faciendæ in partu Reginæ.

Dicatur *Litania B. Mariæ Virginis*, in cuius fine dicitur:  
 Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c. ¶ Et ne nos inducas in temptationem, &c. *Psalmus 127.* Beati omnes, qui timent Dominum, ut *supradictum*  
*fol. 100.*

V. Salvam fac Domine Reginam nostram.

R. Et propter gloriam nominis tui dux illi esto.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Tribue ei secundum cor suum fœcunditatem  
prolis.

R. Et omne consilium ejus confirma.

V. Quoniam ipsa sperat in Domino.

R. Et in misericordia Altissimi non commovebitur.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

C Oncede quæsumus omnipotens Deus, ut intercessio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctorumque  
omnium Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque

que Virginum , & omnium electorum tuorum nos ubique laetificet , ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus.

Exaudi quæsumus Domine pro famula tua N. Regina nostra in partu nunc , & in posterum laborante , & sicut eam tua providentia concipere decrevisti ; ita ipsam tua benedictione præveniente, & beata Maria suffragante, fœliciter jubeas expediri.

Deus refugium nostrum , & virtus , adesto piis Ecclesiæ tuz precibus auctor ipse pietatis , & præsta , ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum , &c.

# PROCESIO,

vel

## QUÆCUMQUE ACTIO GRATIARUM.

*Initio Processionis cantatur Hymnus Te Deum laudamus, ut supra fol. 104. Deinde dicantur Psalmi sequentes: Dixit Dominus, ♫ Laudate pueri Dominum, ♫ Laudate Dñm omnes gentes, ♫ Lauda Ierusalem Dominum, ♫ Laudate Dominum de Cœlis, & Canticum Benedictus, &c. Deinde in Ecclesia, ubi fit statio, dicitur flexis genibus Aña Conceptio tua, & ante Altare dicat Sacerdos sequentes versus, & Orationes.*

- ¶. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.
- ¶. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.
- ¶. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu.
- ¶. Lau-

- R. Laudemus, & superexalte mus eum in sæcula.  
 V. Benedictus es Domine Deus in firmamento cœli  
 R. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in  
     sæcula.  
 V. Benedic anima mea Domino.  
 R. Et noli obliuisci omnes retributiones ejus.  
 V. Domine dilexi decorem domus tuæ.  
 R. Et locum habitationis gloriæ tuæ.  
 V. Domine exaudi orationem meam.  
 R. Et clamor meus ad te veniat.  
 V. Dominus vobiscum.  
 R. Et cum spiritu tuo.

## Oramus.

**D**eus, cuius misericordiæ non est numerus, & bo-  
 nitatis infinitus est thesaurus: piissimæ majestati  
 tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper cle-  
 mentiam exorantes: ut qui pétentibus postulata conce-  
 dis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem  
 dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut  
 qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni la-  
 be præservasti, nos quoque mundos ejus intercessione,  
 ad te pervenire concedas.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi  
 permittis, sed plium precibus præstas auditum: pro po-  
 stulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te  
 piissime deprecantes; ut à cunctis semper muniamur ad-  
 versis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium  
 tuum, &c.

OR:

# ORDO BAPTISMI PARVULORUM.

**N**. Quid petis ab Ecclesia Dei?  
• *Patrinus respondet : Fidem.*

*Sacerdos Fides quid tibi praestat?*

*Patrinus respondet : Vitam æternam.*

*Sacerdos : Si igitur vis ad vitam ingredi , serva manda-  
ta : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &  
ex tota anima tua , & ex tota mente tua , & proximum  
tuum sicut teipsum.*

*Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis , & dicat se-  
mel: Exi ab eo , vel ab ea, immunde spiritus , & da locum  
Spiritui sancto Paraclito.*

*Postea pollice faciat signum Crucis in fronte , & in pectore  
infantis , dicens : Accipe signum Crucis tam in fronte , ✕  
quam in corde, ✕ sume fidem cœlestium præceptorum,  
& talis esto moribus , ut templum Dei jam esse possis.*

*Oremus.*

**P**reces nostras, quæsumus Domine , clementer ex-  
audi : & hunc electum tuum N. Crucis Dominicæ  
impressione signatum perpetua virtute custodi, ut mag-  
nitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans , per custodiam  
mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam perve-  
nire mereatur. Per Christum Dñm nostrum. R<sup>e</sup>. Amen.

*Deinde imponat minum super caput infantis, ac dicat:  
Oremus.*

**O**nipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fætoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum latus tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. **B.** Amen.

*Deinde Sacerdos benedicat salēm, qui semel benedictus alijs ad eum. Iem usum deservire potest.*

*Benedictio salis.*

**E**xorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis, **†** & in charitate Domini nostri Iesu Christi, **†** in virtute Spiritus sancti. **†** Exorcizo te per Deum vivum, **†** per Deum verum, **†** per Deum sanctum, **†** per Deum. **†** qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis officiaris salutare Sacramentum ad effugandum ininicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifiques, **†** & benedicendo benedicas, **†** ut fiat omnibus accipientibus perfec-

perfecta medicina , permanens in visceribus eorum , in nomine ejusdem Domini nostri Iesu Christi , qui venturus est judicare vivos , & mortuos , & sæculum per ignem. R. Amen.

*Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis , dicens:*  
**N.** Accipe salem sapientiæ : propitiatio sit tibi in vitam æternam. R. Amen.

Sacerdos Pax tecum. R. Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**D**eus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis , te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum panulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur cœlesti , quatenus sit semper spiritu fervens, ipse gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum Domine, quæsumus , ad novæ regenerationis lavacrum , ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

**E**xorcizo te immunde spiritus in nomine Patris , ☧ & Filii, ☧ & Spiritus sancti, ☧ ut exeras, & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit , & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero, da honorem Iesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto , & recede ab hoc famulo

Dei N. quia istum sibi Deus, & Dñus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam & benedictionem, Fontemque Baptismatis vocare dignatus est.

*Hic pollice in fronte signat infantem, dicens: Et hoc signum sanctæ Crucis, ✕ quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.*

*Mox imponit manum super caput infantis, & dicit:*

*Oremus.*

**A** Ternam, ac justissimam pietatem tuam deprecor,  
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,  
auctor luminis, & veritatis, super hunc famulum tuum  
N. ut digneris illum illuminare lumine intelligentiæ tuæ:  
munda eum, & sanctifica; da ei scientiam veram, ut di-  
gnus gratia Baptismi tui effectus, teneat firmam spem,  
consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum  
Dominum nostrum. Rx. Amen.

*Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ super in-  
fantem, & introducit eum in Ecclesiam, dicens: N. Ingredere  
in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam  
æternam. Rx. Amen.*

*Cùn fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fon-  
tem cum susceptoribus conjunctim, clara voce dicit:*

**C** Redo in Deum, Patrem omnipotentem, Crea-  
rem cœli, & terræ. Et in Jesum Christum, Filium  
eius

ejus unicum Dominum nostrum : qui conceptus est de Spiritu sancto , natus ex Maria Virgine : passus sub Pontio Pilato , crucifixus , mortuus , & sepultus : descendit ad inferos : tertia die resurrexit à mortuis : ascendit ad cœlos , sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : inde venturus est judicare vivos , & mortuos . Credo in Spiritum sanctum , sanctam Ecclesiam Catholicam , Sanctorum communionem , remissionem peccatorum , carnis resurrectionem , vitam æternam , Amen .

Pater noster , qui es in cœlis : sanctificetur nomen tuum : adveniat regnum tuum : fiat voluntas tuas , sicut in cœlo , & in terra . Panem nostrum quotidianum da nobis hodie : & dimitte nobis debita nostra , sicut & nos dimittimus debitoribus nostris . Et ne nos inducas in tentationem : sed libera nos à malo , Amen .

*Ac deinde , antequam accedat ad Baptisterium , dicit .*

### Exorcismus.

**E**xorcizo te omnis spiritus immunde , in nomine Dei Patris omnipotentis , + & in nomine Iesu Christi Filii ejus , Domini , & judicis nostri , + & in virtute Spiritus sancti , + ut discedas ab hoc plasmate Dei N. quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est , ut fiat templum Dei vivi , & Spiritus sanctus habitet in eo . Per eundem Christum Dominum nostrum , qui venturus est judicare vivos , & mortuos , & sæculum per ignem . R. Amen.

Postea Sacerdos d'igit accipiat de saliva oris sui, & tangat aures, & nares infantis: tangendo verò aurem dixteram, & sinistram, dicat:

Ephphetha, quod est Adaperire: deinde tangat nares, dicens: In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Postea interrogat baptizandum nominatum, dicens: N. Abrenuntias satanæ?

Respondet Patrinus: Abrenuntio.

Et omnibus operibus ejus? R. Abrenuntio.

Et omnibus pompis ejus? R. Abrenuntio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo Catechumenorum, & infantem ungit in pectore, & inter scapulas in modum Crucis, dicens:

Ego te lineo X Oleo salutis in Christo Iesu Domino nostro, ut habeas vitam æternam. R. Amen.

Subinde pollicem, & inuncta loca abstergit bombacio, vel resimili, & interrogat expresso nomine baptizandum, Patrino respondente:

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli, & terræ? R. Credo.

Credis in Iesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, & passum? R. Credo.

Credis & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam? R. Credo.

Subinde expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit N. Vis baptizari?

Respondet Patrinus: Volo.

Tunc Patrino, vel Matrina, vel utroque ( si ambo admittantur ) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquā Baptismalem, & de ea ter fundit super caput infantis in modum Crucis, & simul verba proferens, semel tantum distincte, & attentè, dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris,  $\text{X}$  fundat primò; & Filii,  $\text{X}$  fundat secundò; & Spiritus  $\text{X}$  sancti, fundat tertio.

Ubi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem, & advertens nè lædatur, cautè immersit, & trina mersione baptizat, & semel tantum dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris,  $\text{X}$  & Filii,  $\text{X}$  & Spiritus  $\text{X}$  sancti.

Mox Patrinus, vel Matrina, vel uterque simul infantem de sacro Fonte levant, suscipientes illum de manu Sacerdotis.

Si verò dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris,  $\text{X}$  & Filii,  $\text{X}$  & Spiritus  $\text{X}$  sancti.

Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, & ungit infantem in summitate capitinis in modum Crucis, dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum ( hic inungit ) ipse te liniat Chrismate salutis,  $\text{X}$  in eodem Christo Iesu Domino nostro in vitam æternam. Rx. Amé.

Sacerdos: Pax tibi. Rx. Et cum spiritu tuo.

Tunc

*Tunc bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum, & locum inunctum, & imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albæ, dicens:*

**A**ccipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. **R.** Amen.

*Postea dat ei, vel Patrino, candelam accensam, dicens:*

**A**ccipe lampadem ardente, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, unâ cum omnibus sanctis in aula cœlesti, habeasque vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

*Postremò dicit: N. Vade in pace, & Dominus sit tecum.  
R. Amen.*

*Si verò fuerint plures baptizandi, sive masculi, sive feminæ, in Catechismo masculi statuantur ad dexteram, feminæ verò ad sinistram; & omnia pariter dicantur, ut supra in proprio genere, & numero plurali. Verùm prima nominis interrogatio, exsuffratio, Crucis impressio, seu signatio, tactus aurium, & narium cun saliva, abrenantiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, seu Symbolo, & ipse Baptismus, inunctio Chrisma, candidæ vestis impositio, atque accensæ candelæ traditio, singulariter singulis, & primum masculis, deinde feminis fieri debent.*

*Si infans, vel adultus ægrotus adeò graviter laboret, ut periculum innineat nè pereat, antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos*

*dos omissis; quæ Baptismum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum Crucis, dicens: Ego te baptizo in nomine Patris, + &c. ut supra fol. 183.*

*Si non habeatur aqua Baptismalis, & periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua simplici.*

*Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens: Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, &c. ut supra fol. 183.*

*Postea dat ei linteolum candidum, dicens: Accipe vestem, &c. Ac demum det ei ceream candelam accensam, dicens: Accipe lampadem, ut supra fol. 184. Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.*

## ORDO BAPTISMI Adultorum.

*Sacerdos indutus superpelliceo, & stola cum Pluviali violacei coloris, accedit ad gradus Altaris cum suis Clericis, & genibus flexis, piis mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum dignè valeat ministrare, & ad implorandum divinum auxilium, surgens se signat, & si temporis ratio ferat, dicit:*

*V. Deus in adjutorium meum intende.*

*R. Domine ad adjuvandum me festina.*

*Gloria Patri. Sicut erat, &c.*

*Postea incipiat, prosequentibus Clericis.*

*Aña Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dñus.*

## Psalms 8.

**D**omine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, \* super cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, \* ut destruas inimicum, & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: \* lunam, & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius hominis, quoniam visitas eum.

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum: \* & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, \* oves, & boves universas, insuper, & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris, \* qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri. Sicut erat, &c.

## Psalms 28.

**A**fferte Domino filii Dei: \* afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nominis ejus: \* adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Vox

Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: \*  
Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute: \* vox Domini in magnificen-  
tia.

Vox Domini confringentis cedros: \* & confringet  
Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas, tamquam vitulum Libani: \* &  
dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercedentis flamمام ignis: \* Vox Do-  
mini concutientis desertum: & commovebit Dominus  
desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condé-  
sa: \* & in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: \* & sedebit Do-  
minus Rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: \* Dominus be-  
nedicet populo suo in pace.

Gloria Patri. Sicut erat.

*Psalmus 41.* Quemadmodum desiderat cervus ad fon-  
tes aquarum, ut in *Officio Defunctorum*, &c. & repetitur  
*Ana:* Effundam super vos aquam mundam, & mundabi-  
mini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

Deinde dicitur, Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie  
eleison.

Pater noster, secretò.

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

¶. Sed libera nos à malo.

**V.** Domine exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus: & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu.

Da quæsumus Domine electo nostro, ut sanctis edictis mysteriis, & renovetur fonte Baptismatis, & inter Ecclesiæ tuæ membra numeretur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Si plures fuerint baptizandi, hæc tertia Oratio dicatur in numero plurali. Deinde Sacerdos procedit ad fores Ecclesiæ; & stat in limine, catechizandus verò extra limen. Et si sunt plures, mares, & feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hæc verò ad sinistrâ statuantur, & Sacerdos interrogat: Quo nomine vocaris?

Catechumenus respondet: N.

Sacerdos: N. Quid petis ab Ecclesia Dei? **R.** Fidem.

Sacerdos: Fides quid tibi præstat? **R.** Vitam æternam.

Sacerdos: Si vis habere vitam æternam, serva manda-  
ta. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &

ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximū tu-  
um sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pen-  
det, & Prophetæ. Fides autem est, ut unum Deum in  
Trinitate, & Trinitatem in unitate venereris, neque  
confundendo personas, neque substantiam separando.  
Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus san-  
cti; sed horum trium una est substantia, & non nisi una  
Divinitas.

*Et rursus interrogat: N. Abrenuntias satanæ?*

*Respondet: Abrenuntio.*

*Interrogat: Et omnibus operibus ejus?*

*Respondet: Abrenuntio.*

*Interrogat: Et omnibus pompis ejus?*

*Respondet: Abrenuntio.*

*Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens: Credis  
in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli, &  
terræ? R. Credo.*

*Interrogat: Credis in Iesum Christum Filium ejus uni-  
cum, Dominum nostrum, natum, & passum? R. Credo.*

*Interrogat: Credis & in Spiritum sanctum, sanctam  
Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, re-  
missionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam  
æternam? R. Credo.*

*Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, semel dicens: Exi  
ab eo Spiritus immunde, & da locum Spiritui sancto Pa-  
raclito.*

*Hic in modum Crucis halet in faciem ipsius, & dicit: N. Ac-  
cipe Spiritum bonum per istam insufflationem, & Dei  
bene-*

benedictionem † Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

*Deinde facit Crucem cum pollice in ejus fronte, & in pectore, dicens: N. Accipe signum Crucis, tam in fronte, † quam in corde: † sume fidem cœlestium præceptorum. Talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis: ingressusque Ecclesiam Dei, evasisse te laqueos mortis lætus agnosce (horresce idola, respue simulacra,) cole Deum Patrem omnipotentem, & Iesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.*

*Hic advertendum est, quod dicta verba (horresce idola, respue simulacra) dicantur Catechumeno, qui venit de gentilitatis errore, seu de Ethnicis, & Idololatris. Catechumeno vero Judæo, sive ex Hebreis venienti, loco horum verborum, dicatur: (horresce Judaicam perfidiam, respue Hebraicam superstitionem.)*

*Saraceno autem, vel Turcæ, aut Persæ, sive alii ex Mahometanis ad Fidem venienti Catechumeno, loco eorumdem verborum, dicatur: (horresce Mahometricam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis.)*

*At hæretico ad Catholicam Ecclesiam venienti, qui si in ejus Baptismo debita forma servata non est, baptizari debet, dicatur: horresce hæreticam pravitatem, respue nefarias sectas impiorum.) Vel exprimatur proprio nomine secta, de qua Catechumenus venit.*

*Si plures sunt electi, omnia supradicta dicuntur sigillatim super singulos.*

## Oremus.

**T**E deprecor, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, ut huic famulo tuo N. qui in hujus saeculi nocte vagatur incertus, ac dubius, viam veritatis, & agnitionis tuæ jubeas demonstrari: quatenus reseratis oculis cordis sui, unum Deum Patrem in Filio, & Filium in Patre cum Spiritu sancto recognoscatur, atque hujus confessionis fructum, & hic, & in futuro saeculo percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Si plures sint electi, praecedens Oratio dicatur in numero plurali. (Sequentes autem signationes fiant cum suis verbis sigillatim super singulos.)*

*Deinde signet electum signo Crucis cum pollice in fronte, dicens: Signo tibi frontem, ✕ ut suscipias Crucem Domini.*

*In auribus: Signo tibi aures, ✕ ut audias divina pracepta.*

*In oculis: Signo tibi oculos, ✕ ut videoas claritatem Dei.*

*In naribus: Signo tibi nares, ✕ ut odorem suavitatis Christi sentias.*

*In ore: Signo tibi os, ✕ ut loquaris verba vita.*

*In pectore: Signo tibi pectus, ut credas in Deum.*

*In scapulis: Signo tibi scapulas, ✕ ut suscipias jugum servitutis ejus.*

*In toto corpore, illud non tangens manu, producit signum Crucis, & dicit: Signo te totum in nomine Patris, ✕ & Filii, ✕ & Spiritus Sancti, ut habeas vitam æternam, & vivas in saecula saeculorum. R. Amen.*

Oremus.

## Oremus.

**P**Reces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, & hunc electum tuum N. Crucis Dominicæ, cuius impressione eum signamus, virtute custodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dñm nostrum. R<sup>c</sup>. Amen.

## Oremus.

**D**eus, qui humani generis ita es Conditor, ut sis etiam reformator, propitiare populis adoptivis, & novo testamento sobolem novæ prolis adscribe: ut filii promissionis quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Christum Dominum nostrum. R<sup>c</sup>. Amen.

Tunc imponit manum super caput electi, & dicit:

## Oremus.

**O**mnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere digneris super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta Fidei vocare dignatus es; omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: disrupte omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus omnium cupiditatum fœtoribus caret, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui, percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. R<sup>c</sup>. Amen.

Si